

Johann Daniel Denso


Memoriae Conivgii Regalis Carolo Hedvigiani Sveco Cimbrici S. : Prolvsit Actvi Oratorio Ad Diem VI. Et VII. Octobris MDCCLXXIII.

Vismariae: Typis Fr. Fr. Struckii, [1774]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1687660824>

Druck Freier  Zugang





MK-13396. (1)



Inhalt:

- Crudopius, De laude historiarum. Oratio hab. in schol. Wism. 1624.
Lippius, De „praecceptoris publici conditione.“ „ „ „ 1677.
Grussenberg. et Eckhorst, Oratio Alexandri Magni ex Curt. 8,2 diducta. 1692
Reimerus, Primitiae Wism. h. e. orationes II .. 1723.
Schomerus, De varia Augustanae conf. fortuna. 1730.
Nitte, De mentis humanae divinandi facultate. 1744.
Schomerus, De optimo principe. 1744
Rönberg, Ven. Gedenken von den Ursachen der Elektrizität. 1746.
„ „ Ausmessung der Faeser. 1747.
Nitte, „ Rom. VIII, 18. 22. 1751.
Denso, De deteriore schol. conditione. 1754.
„ „ Ankündigung einer feierl. Kuldigungs Rede. 1754.
„ „ Cato scenis non-agitandus. 1758.
„ „ Von den alten Deutschen. 1768
„ „ (Carmen invitationis) 1765.
„ „ (Carmen memor) 1774.
Einladungsprogramm. 1799.
„ „ 1801. (Groth, Verbindung der Bürger- u. gelehr. Schulen.)
„ „ 1804.
„ „ 1805.
„ „ 1809.
„ „ 1810.
„ „ 1814.
„ „ 1817. (Groth, Luther über Erziehung.)
Grain, Carmen saeculare. 1817.
„ „ 1818 .

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

26. 81
12

MEMORIAE
CONIVGII REGALIS
CAROLO HEDVIGIANI

SVECO CIMBRICI

S.

PROLVSIT
ACTVI ORATORIO


AD DIEM VI. ET VII. OCTOBRIS

c^ol^occc LXXIII.

HABENDO

JOANNES DANIEL DENSO

PROFESSOR ET LYCEI RECTOR.



VISMARIAE, TYPIS FR. FR. STRUKII.

1774



Cymothoe Tritonque simul Neptunia iussa
Ediderant Baltho, iam freta tuta silent.
Et fratres ventos, quorum concordia rara est,
Aeolus inclusit carcere quemque suo.
Regia classis adest CAROLO vectura JUGANDAM:
DI maris & coeli, fluctus & aura fauent,
Fulminis augurio cursus portenditur aequus,
Nec, malo fisso, saucia nauis erat.
Jam Sueci comites, famulique, occurrere SPONSAE,
Vismaridum portus panditur hospitibus:
Egrediturque comes *Fersenius*, summa magistra,
Cumque hac officiis femina quaeque suis:
Egreditur praetor classis *Vrangelius* ipse,
Cumque hoc praefecti munere quisque suo.
Excipit hospitibus hos vna ex parte tribunal,
Urbis primates excipiunt reliquos.
Nunc exspectatur votis CELSISSIMA SPONSA,
Cuius in adventum singula quisque parat.
Namque Parens patriae, GVSTAVVS, gloria nostra,
Quae possint fieri splendida constituit.
Fraternae in CAROLUM mentis testatus amorem,
Grataque quam Domui sint noua vincla Suae,
Nil fecit reliqui, quo Regi sanguine Junctae, JUN 17

Jungendae votis, debitus esset honos.
Hoepkenius Praeses summo dignatus honore,
Persona SPONSI Cui referenda detur.
En! quid sancta fides, quid possit muneris ardor,
Maior & his binis obsequiosus amor.
Dira diu mordax adroserat ossa podagra,
Jam studiosa fides fit medicina mali:
Dat vires pietas, redeunt sua robora membris,
Atque vigor mentis cuncta paranda iuuat.
Eligitur vicina foro domus, HOSPITA PRINCEPS;
Coniugii donec vota patrata forent;
In qua subsistat. Nunc atria digna parantur,
Nunc penetrabile DUCI. nuncque cubile struunt.
Aedes diuinae matris, primaria nostra,
Ornatur studio. digna futura satis.
Asseribus iunctis aequantur strata viarum,
Sub love qua puro terra terenda foret;
Ac intra templum, prorsum ad altaria summa,
Quos posthac pannus caeruleus obtegeret.
Tollitur e templo quod latis gressibus obstet.
Amplum prospectum quod prohibere queat.
Interea ciues laeti discurrere certant,
Venturae SPONSAE deproperatur honos:
Conquirunt enses, belli inexpertaque tela,
Ac, pro re, vestis quaeritur omne decus.
At mercatorum pompae studiosa iuventus
Grandius officii praemeditatur opus:
Quaerit equos, & equos conscendere, flectere, discit,
Et cuncti sibi sunt induuiis similes.
Postremo statuunt ignes & lumina festa,
Vt similis luci nox genialis eat.
Iamque dies votis petitur, quo perstrepat urbem
DUX sperata rotis, cimbrica turba DUCIS!
Faustus cursor adest, volitans praenuncia fama,
Aduentum certum, gaudia nostra, canit.
Gratantum currus procedunt vsque Prosecam,
Hosce tribunal & hos curia mittit EI.

Ciuis eques, post hos, nostrae ad confinia terrae,
Qui ducat pompam, curribus antideat.
At reliqui ciues, ad septem signa vocati,
Hinc & hinc vicos, ordine continuo;
Sic vt lenta salix iter ornat arte locata;
Conferti stipant, atque viam faciunt.
Obuia turba ruit; ceu fluctus litora pulsant;
Vismaris & portis itque reditque tuis:
Porta vomit plenam laetis concursibus vndam,
Multo sed numero maior in vrbe manet.
Complet spissa domos & complet spissa plateas,
Aetas, sexus, honor, gaudia mista cient.
Plurimus hospes adest, immistus ciuibus errat,
Spem vultu praefert, conqueriturque moram.
Inuehitur tandem nobis **CELISSIMA VIRGO**,*
Vespere ceu claro candida luna solet.
Gratia quae vultus! blandae quae forma iuuentae!
Corpore quae flexo dicta benigna salus!
Obstupere omnes, sunt facta silentia turbae,
Miratamque decus conticuisse puta.
Hic tacitus secum: **Salue DIGNISSIMA SPONSA!**
Ille ait: en, vultus miror vtrique pares.
Sed transit currus. Populi densissima turba,
Vt tumidus torrens, praecipitata ruit:
Nobilis & populus nullo discrimine currunt,
Visendi cupidis cura nec vlla sui:
Confluit inque foro, tremebundo fluctuat aestu,
Pubes in senibus, femina iuncta viris.
Prospicit **ILLUSTRIS PRINCEPS**, & lumine blando
Signa Sui cultus ambitiosa videt,
Aegre perrumpunt agmen stridore caballi,
Fersenam qui nunc *Hoepkeniumque* vehunt,
Gratantes dicant demissa voce salutem,
Munera qui **CAROLI** litterulasque ferant.
Hi redeunt. Soli comites cum **PRINCIPE** restant,
Quos vna *Eutino* misit **VTERQVE PARENS**,
Quos inter primi fuerant, praeclarus ab *Holmer*, *Wed-*

* d. XXI. Julij

Wedderkopff alter: post numerosa cohors,
Et generis clari, postremique ordinis, aulae,
Ad nos Venturam quae comitata fuit.
Hic ubi coenatum est, est praesto cimbrica turba,
Inde via fessis est data nocte quies.
Postera lux oritur, * qua non illustrior vlla
Vismaridis venit, nulla venire potest.
Scilicet HEDUIGIS CAROLO per publica sacra
Qua iungenda manu, qua maritanda foret.
Ecce peregrinis vrbis pmoeria stagnant,
Et quem vix capiant aduena multus adest.
Tessera diuiditur: Regi legique fidelis:
Qua templi patulas possit habere fores
Incola praecipuus, qua dignior exterus hospes:
Plures irrumpant miles & arma cauent.
Iam vehitur PRINCEPS in summum SPONSA tribunal.
Sponsales tabulae quae recitentur erant,
Aularum signandus erat de dote libellus,
Et quae Magnatum pacta venire solent.
Ad templum pergit cum *Praeside* suetica pompa,
Feminei sexus candida vestis erat.
Inde rogata venit PRINCEPS: quam ducere Cimber
Holmerus dextra, cimbrica pompa sequi.
Ecce sacerdotum totus fuit obuius ordo
Ad templi valuas excipit ille DUCEM,
Kochius & praesul fundit sanctissima vota,
Atque DUCI SPONSAE est candida dicta salus.
Sic, dum concentu, modulis dumque organa cantant,
Aedis ad vsque chorum transigebatur iter.
Sella locata fuit, super est inducetaque tensa,
Quas aurum pingit quasque corona frequens,
In qua subsidat PRINCEPS: structumque scabellum,
Defunctura suis quod premeret precibus.
Aduersus iuxtimque sedilia bina fuere,
Hoc *Comitis* Suecae, *Praesidis* alterum erat,
Post hos caeruleo panno subsellia strata,

Oc-

* d. XXII, Julij

Occupet ex Suecis sexus vterque suum.
Haecenus *Holmerus* fuerat TE SPONSA, secutus,
Nunc ex mandatis tradidit *Hoepkenio*,
Praefatus paucis, ad quae respondit & Alter;
Gallicus is sermo quo loquerentur erat.
Huc erat ut ventum, propiusque accessit ad aram,
ILLUSTRIS PRINCEPS, littera praelegitur,
Qua SUDERMANNUS DUX, haec sponsalia iussit,
Hoepkenius celebret nomine sacra Suo.
Antistes peragit breuibz nunc *Kochius* ista,
Quae pro connubio religionis erant.
REGIA Te PRINCEPS *Hoepkenius* inde salutat,
Et figit dextrae suaui fida TUAE.
Inde salutatum comitem producit ad Illam
Fersenam, post hanc femina quaeuis adit.
Post has accedunt ex ordine quisque minister,
Ac compellatur nomine quisque suo.
Jamque vale dicit comitatus cimber, & inde
Scandit suggestum, qui datus esset ei.
Occupat IPSA thronum post isthaec REGIA PRINCEPS,
Laudamus, tandem, te Deus, occiditur.
Tympana rauca tonant, tuba bellica personat alte,
Vocibus intentis organa mista strepunt:
Fit fragor in ponto, de turribz aera per horam
Concelebrant plausus murmure continuo.
Hinc reditus: dum sueca *Suam* comitatur in arcem
Aula, nec *Hanc* vniquam non habitura *Suam*,
Viuite, millenae voces clamarunt, viuite JUNCTI,
Coniuge tam simili Dignus Vterque Suo!
Vespere coenans licuit spectare modestis,
Mirari & blandae munera larga DUCIS.
Exiit a coena spectatum lumina festa,
Et placuit, quidquid fecit egea fides.
Tertia lux post hanc: * & sub certamine sclopi
Ciuis victorum dona decusque petit:
In Campum vehitur PRINCEPS stipata caterua,
Quae nuper DOMINAM praecua duxit eques.
* d. XXIII. Julii

Quam

Quam faciles oculi, linguae facundia quanta,
Humani risus gratia qualis erat?
Cuncta Deae similem monstrant tentoria turbae,
Tot veneres animo quae taciturna colit.
Illuxit sed quinta dies, * qua scandere nauem
HOSPES CELSA parat, suecica regna petens.
Effusus populus, numero sine & ordine, portum
Occupat, & naues, litus & omne premit.
Lumina pascuntur, perfundit corda voluptas:
Gratia tanta DUCIS nunc abeuntis erat.
Extremum tamen audito ILLUSTRISSIMA PRINCEPS,
Qua prece quo plausu TE scapha picta vehat:
Aereus ille fragor, spissae contentio vocis,
Nil nisi fausta iubent, nil nisi vota sonant:
Fausti propellant Tua regia carbasa venti!
Per placidos fluctus prospera puppis eas!
O felix tangas Sueciani litoris oram!
COGNATIS PIGNUS reddere perge SUIS!
Laetitiam nostrae similem, sed quinque dierum,
In seros annos Suecia percipiat!
Ex hoc coniugio speret faustissima quaeuis,
Spe maiora tamen Suecia laeta ferat!
O PRINCEPS! haec TE fidissima vota sequuntur,
Haec TIBI nostra fides quaesumus vt placeat.
Tum nec *Vismariae*, suppressae mole malorum,
Indiga quam sit opis, dememinisse voles.
Ducis in amplexus, *Hoepkeni* CONIUGIS ILLAM
Immo in VASANAE brachia celsa DOMUS:
Tu recte nosti, quae sint mala Vismaridarum,
Vulnera cum votis explicuisse potes,
Sic Te suscipiat propensi gratia Regis,
Sic auibis nobis ito redito bonis!
* d. XXV. Julii

Vouerat haec pietas. Voti damnata triumphat.
Tradita DUXQUE DUCI est, *Hoepkeniusque* redux.
Intersit nobis, Quem gratia regia fouit,
Omni maectatus prosperitate, diu!

Verzeichis der Redner,

welche alle von dem wahren u. falschen Vergnügen in den Wissenschaften handel.

1. Am Donnerstage.


1. Joh. Ernst Albr. Kindler, aus Bismar, macht jedesmal, beide Tage, den Anfang und Schluß.
2. Kindler, 3. Paschen Friedrich Delbrügk, aus Stuhr, Georg Christian Bähring, aus Nienhagen,
4. Fried. Dan. Diet. Ulrich, aus Peterow, 5. Georg Carl Fried. Aven, aus Dambek, 6. und Fried. Ant. Denso, aus Bismar, unterreden sich vom Vergnügen überhaupt.
7. Carl Fried. Könemann, aus Sternberg, vom Vergnügen in der Dichtkunst. deutsch.
8. Christoph Friedr. Haupt, aus Bismar, in der Logik. lat.
9. Bähring, in der Mathematik. deutsch. lobt den Wolseel. Herrn Belthufen.
10. Delbrügk, in der Malerei. lobt den Wolseel. Herrn Petersen. lat.
11. Joh. Heinr. Zander, aus Sternberg, in der Staatskunst. deutsch.
12. Joh. Martin Köster, aus Bismar, in der Tonkunst deutsch. lobt die Wolseel. Fr. Schmidin.
13. Joachim Susenihl, aus Bössow, im Reichthume, lobt Eben dieselbe deut.
14. Ulrich, in dem Aiterthümern, deutsch
15. Christ. Heinr. Christoph Wege-


ner, aus Bismar, in den Ergötzlichkeiten, lobt die Wolseel. Fr. Schmidin franz.


2. Am Freitage.


- Unterreden sich: 16. Christ. Christ. Haff, aus Bism. 17. Franz Hein. Ludolph Kalms, aus Hannover 18. Susenihl, 19. Wegener 20. Köster und Ulrich von dem Vergnügen in der Geschichte überhaupt.
21. Denso, in der gelehrten Geschichte. lat.
 22. Imman. Herm. Fabricius, in der Schreibkunst. deutsch.
 23. Joh. Friede. Klevesahl, aus Bismar, in der Weltweisheit. lobt den Wolseel. Herrn Belthufen. lat.
 24. Kindler, in der Rechenkunst. lobt den Wolseel. Herrn Petersen, deutsch.
 25. Carl Friede. Haupt, in der lateinischen Sprache. deutsch.
 26. Aven, in der Sprachwissenschaft deutsch.
 27. Haffe, in der Ehrbegierde. deutsch.
 28. Kalms, im Reichthum. deutsch. Nimmt Abschied.
 29. Bähring, in den Betrachtung Gottes. deutsch.

Ich aber ersuche Alle hohe Gönner, geneigte Freunde und Liebhaber, unserthänig und geflissentlichst, uns an bemeldten Tagen, Nachmittage gegen 4. Uhr, mit Ihrer zahlreichen Gegenwart zu beehren. Wir wollen dies mit tiefstem Danke und Ergebenheit erkennen, und uns dadurch zum Fleisse kräftig ermuntern lassen. Bismar am 5. October 1774.









Occupet ex Suecis sexu
Haecenus *Holmerus* fuerat T
Nunc ex mandatis tradi
Praefatus paucis, ad quae res
Gallicus is sermo quo
Huc erat ut ventum, propin
ILLUSTRIS PRINCEPS
Qua SUDERMANNUS DUX
Hoepkenius celebret n
Antistes peragit breuibus nu
Quae pro connubio re
REGIA Te PRINCEPS Ho
Et figit dextrae suaui
Inde salutatum comitem pro
Fersenam, post hanc
Post has accedunt ex ordi
Ac compellatur nomi
Jamque vale dicit comitatu
Scandit suggestum, qu
Occupat IPSA thronum po
Laudamus, tandem, t
Tympana rauca tonant, tu
Vocibus intentis orga
Fit fragor in ponto, de tu
Concelebrant plausus
Hinc reditus: dum sueca
Aula, nec *Hanc* vm
Viuite, millenae voces cla
Coniuge tam simili
Vespere coenantem licuit
Mirari & blandae r
Exiit a coena spectatum
Et placuit, quidquid
Tertia lux post hanc: *
Cuius victorum don
In Campum vehitur PRI
Quae nuper DOM
* d, XXIII, Julii



secutus,
io,
ter;
erat.
ad aram,
elegitur,
salia iussit,
Suo.
ista,
t.
e salutat,
n
ais adit.
minister,
o.
inde
ei.
REGIA PRINCEPS,
nitur.
sonat alte,
epunt:
per horam
ntinuo.
tur in arcem
bitura *Suam*,
e JUNCTI,
que Suo!
estis,
DUCIS.
fides.
nine sclopi
betit:
a caterua,
a duxit eques.

Quam